CREDO MDA XI

Musique: Charles NYENZE

1. Et in unum Dominum Iesum Christum,/ Filium Dei unigenitum,
et ex Patre natum ante omnia saecula.
Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero.
Genitum, non factum, consubstantialem Patri: /per quem omnia facta sunt.

2.Qui propter nos homines/ et propter nostram salutem descendit de caelis. (Tous s'inclinent jusqu'à: factus est)
Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est.
Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est.
Et resurrexit tertia die secundum Scripturas,/ et ascendit in caelum sedet ad dexteram Patris.

3. Et iterum venturus est cum gloria,/ judicare vivos et mortuos ; cujus regni non erit finis.
Et in Spiritum Sanctum,
Dominum, et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit.
Qui cum Patre et Filio, simul adoratur et conglorificatur: /qui locutus est per prophetas.

4. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam,
confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum,
et expecto resurrectionem mortuorum;
et vitam venturi saeculi. Amen.